

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti**

**Donatus, Aelius**

**Lipsiae, 1905**

Adelphoe II

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1583](#)

'sperabam' et 'gaudebam': sic enim dicimus, cum errasse nos cernimus. 2 *Et mire non dixit 'sperabam illum iam correctum', sed mitis senex totum aetati attribuit, nihil filio.* 3 DEFERVISSE ADVLESCENTIAM seruat propositum circa aetatis ueniam. [4 DEFERVISSE quasi decessum a feruore tenuisse. 5 Legitur et 'deseruisse'.]

153 73 1 ECCE AVTEM DE INTEGRO NISI QVICQVID EST ἀποσιώπησις prima, quia non uult credere. 2 NISI QVICQVID EST deest 'quia', ut sit: nisi quia. est etenim sensus: nisi quia non temere credo et uolo scire quicquid est. 10

## II.

## 1.

155 1 1 OBSECRO POPVLARES popularitas in omnis rei consortium sumitur; nunc autem 'populares' ciues dicit. et hoc est quod ueteres quiritari dicebant: quirites clamare. 2 OBSECRO POPVLARES FERTE MISERO ATQVE INNOCENTI AVXILLIVM hic exemplum est contumeliosi per 15 potentiam diuitis et in perniciem suam pauperis contumacis.

156 2 1 SVBVENITE INOPI uide quam posteriora uehementiora sunt ad incendendum populum: primo miserum, post innocentem, ad ultimum inopem posuit, et primo 20 'ferte auxilium', post 'subuenite'. 2 *Et totum hoc principium a beniuolentia sumitur, quae comparatur ex inuidia potentiae Aeschini; nam contraria uult intellegi esse in Aeschino.*

1 et del. et pro sscr. V | dicimus dett., dicitur C, (sscr. m. 2) V | cum <quem (sscr. m. 2 = dett.)> V || 4 deseruisse C, deferuisse V || 5 DEFERVISSE — deseruisse om. CV<sup>1</sup>, add. in mg. V<sup>2</sup> (= dett.); seel. ut suspecta W. | decessum dett., deorsum V<sup>2</sup> || 6 deseruisse] lectio cod. Ter. V || 7 quodquid C || 8 ἀποσιώπησις V<sup>2</sup> (Steph.), \*\*\*\*\* C | quia non uult <temere> credere Hahn, qui haec ad VOLO SCIRE refert | qvrcqvid] quod C || 9 sit om. V<sup>1</sup> || 10 est om. C || 13 est sscr. V<sup>2</sup> | conclamari (-mitari V) codd., corr. Steph.

155 tria sum  
156 2 securns  
tempus  
siste  
modum  
sistit;  
alterum  
stanter  
extempl  
158 4 1  
ISTAM D  
loquitur  
159 5  
ivocatio  
non sub  
157 3  
quam  
159 5  
sustini  
supra  
tur.  
et pur  
micus  
fecisse

1 AT  
'amarī —  
CONVENT  
C || 7 his  
13 eclipsi  
mittat V,  
C, ex cor  
minaciter  
nascatur  
cold, in  
2 facere

- 155 1 3 MISERO ATQVE INNOCENTI AVXILIVM SVBVENITE <1.>  
tria sunt: miser, innocens, inops.
- 156 2 3 OTIOSE NVNCIAM 'otiose' secure, nam nisi qui  
securus est non est otiosus. 4 ILICO modo locum, non  
tempus significat. 5 OTIOSE NVNC IAM ILICO HIC CON-  
SISTE simul imperauit modum, tempus, locum, factum:  
modum 'otiose', tempus 'nunc', locum 'hic', factum 'con-  
siste'; nam 'iam' et 'ilico' alterum tempori adiungitur,  
alterum loco. 6 Et consistere est audacter et con-  
stanter stare, ut (*Verg. Aen. V 426*) 'constitit in digitos 10  
exemplio arrectus uterque'.
- 158 4 1 ISTAM INVITIS OMNIBVS deest 'abducam'. 2 EGO  
ISTAM INVITIS OMNIBVS bona ἔλλειψις: nemo enim plene  
loquitur, qui luctatur.
- 159 5 1 QVAMQVAM SCELESTVS [TAMEN] NON COMMITTET 15  
ἀναράλονθον primum, nam cum praeposuisset 'quamquam',  
non subiecit 'tamen'.
- 157 3 NVMQVAM pro non. Vergilius (*Aen. II 670*) 'num-  
quam omnes hodie moriemur inulti'.
- 159 5 2 ITERVM VT VAPVLET uiuaciter poeta priorem litem 20  
sustulit dicendo 'iterum', ut non eadem lis esset, de qua  
supra (*I 2, 9*) questus est Demea, sed instaurata nosca-  
tur. 3 COMMITTET perficiet; sed hoc proprie de illicitis  
et puniendis facinoribus dicimus. simul hic ostendit co-  
micus adulescens caudem se lenoni inuitum intulisse et id 25  
fecisse et facere lenonis culpa, non sua.

1 ATQVE om. C || 3 OTIOSE om. V | NUNCIAM] hic add. *V*<sup>1</sup>  
'amari — tedebit' = I 2, 71 || 4 otiosus non est C || 5 HIC  
CONSISTE om. C || 6 locum tempus C | factum <non est factum>  
C || 7 hinc C || 8 iam om. C || 9 Et W.: ad C (at dett.), om. V ||  
13 eclipsis C, elipsis V | plene ex -num corr. V || 15 com-  
mittat V, -itur C || 16 ἀναράλονθον *V*<sup>2</sup>, \*\*\* C | proposuisset  
C, ex corr. *V*<sup>2</sup> || 18 Vergilius om. C || 20 uiuaciter in ras. *V*<sup>2</sup>;  
minaciter ed. pr. | litem in ras. *V*<sup>2</sup>, t̄c C || 22 noscatur Teuber:  
nascatur (nasc- *V*) codd. || 25 caudem W.: cedere (ced- *V*)  
codd. | inuitum <se noxam> intulisse in ras. *V*<sup>2</sup> (= dett.) ||  
26 facere et <id> fecisse C

161 7 1 LENO SVM 'leno' terribiliter pronuntiandum, quasi dicat 'cui supplex eris'; sed ex argumento est, quod contemnit Aeschinus lenonis minas, utpote qui iam uxorem decreuerit ducere. 2 SCIO hic sic respondit, quasi in lenone minutio capitis tantum consistet. 3 FIDE QVIS-QVAM OPTIMA fides in concipiendis comminationibus denuntiatio comminantis est.

163 9 1 HVIVS NON FACIAM figurate 'quod te purges, huius non faciam'. — 2 Ergo 'quod te purges' id est: purgationem tuam. — 'huius' autem δεικτικόν: aut enim stipulam aut floccum mouerat aut summum digitum. 3 EGO MEVM IVS PERSEQVAR hoc est lenonum. 4 MEVM IVS meam libertatem. 5 MEVM IVS meam uindictam, nam ut illa iniuria (v. 8) est, quae fit innoxio, ita ius uindicta illa, quae redditur reo. 6 PERSEQVAR ulciscar. Cicero (*divin. 15 in Caccil. 16, 53*) 'tu, dum tuas iniurias per te — id quod non potes — persequi conaris'. 7 HVIVS NON FACIAM Cicero (*in Verr. II, II 50, 124*) 'ne tantulum quidem commotus est'.

164 10 1 NEQVE TV VERBIS SOLVES VMQVAM QVOD MIHI RE 20 MALE FECERIS γνωμηνῶς. 2 Et SOLVES lues, persolues, id est satisfacies ac te purgabis. 3 RE MALE FECERIS acuendum est 're' et significanter proferendum: ibi enim sententia est. 4 Et plus dixit 'male feceris' quam 'injuriam feceris'. 25

165 11 1 NOVI EGO VESTRA HAEC ἔλλειψις, deest enim

1 leno *om. V* | pronuntiandum <est> C | quasi <qui> C (dett.) || 2 sed et argumentum est V || 3 minas lenonis C | quia C || 4 decreuerat C, -uit V, corr. W. || 5 munitio C, imminutionem V || 6 OPTIMA fides] fide optima C | <dicit nam> denuntiatio comminationis V || 8 figurate — faciam *om. C* || 10 δεικτικόν] \*\*\*\* est cum CV<sup>1</sup>; δικτικὸν suppl. V<sup>2</sup> | aut enim Steph.: autem codd. || 12 ius meum C || 15 reddatur C || 17 potest (fieri add. C) codd. | conaris prosequi C || 18 nec C | tantillum ex -ulrum V<sup>2</sup> || 21 γνωμηνῶς W. (cf. schol. 10, 3 'sententia'): νομικῶς M<sup>4</sup> (Steph.), \*\*\*\* CV || 23 significatiū C | enim <eadem> CV<sup>2</sup> || 24 est sententia C || 26 elipsis deest V<sup>2</sup>, ē \*\*\* deest C

'uerba'. 2 IVS IVRANDVM DABITVR hoc est: iurabimus te indignum esse, cui iniuria fiat huiusmodi. 3 Aut separatim 'iusiurandum dabitur' et separatim 'te esse indignum iniuria hac'. 4 Et sic melius: uerba enim satisfacent, cum res colligitur in generalibus causis. nam 5 saepe irae ac lites sunt iureiurando terminatae.

166 12 INDIGNVM INIVRIA HAC comice 'indignum . . . indignis'.

167 13 1 ABI PRAE STRENVE aut 'abi prae' prior abi, praei, ut (*Andr. I 1, 144*) 'i prae, sequor', aut 'praestrenue', 10 ut (*Verg. Aen. XI 213*) 'praediuitis urbe Latini'. 2 ABI PRAE STRENVE magna contemptio minarum lenonis, non respondisse Aeschinum ad ea quae dixit. 3 CETERVVM HOC NIHIL FACIS 'nihil' pro non. 4 Legitur et 'nihil'.

168 14 AT ENIM NON SINAM 'enim' inceptiuia particula apud 15 ueteres fuit, sed et conuenit perturbato.

169 15 1 NIMIVM ISTVC ABISTI quasi ex contumacia lenonis appareat, quam multum abierit. 2 PROPTER HVNC iuxta hunc, ut Vergilius (*Geo. III 13—14*). 'templum de marmore ponam propter aquam'. 3 EM SIC VOLO mire 20 comicus ex alterius uerbis quid faciat alter ostendit.

171 17 1 QVIN PVGNVS CONTINVO 'pugnus' a pugna dici-  
tur. 2 An ab illo pugna? 3 PVGNVS CONTINVO id  
est uestigium litigantis.

172 18 1 ISTVC VOLO EXPERIRI expresse ostendit paupe- 25  
rioris loquacem contumaciam usque ad periculum caedis.

2 ISTVC VOLO EXPERIRI hoc illo dicente seruus leno-  
nen uerberat. 3 EM SERVA nescias cui hoc dicat Aeschi-  
nus, utrum lenoni an seruo; sed seruo magis.

3 et om. C | te om. V || 4 et sic ex si corr. V<sup>2</sup> | enim  
om. V || 5 res om. CV<sup>1</sup> || 6 iure iurando sunt C || 9 abi 2. om.  
V || 10 praei aut V, pre aut C || 11 ut om. V || 12 STRENVE] hic  
repet. CV 'aut abi prae prior' = schol. 13, 1 | minarum (post  
lenonis) C, minarum (sscr. inuitu) V || 14 facit C, (ante corr.)  
V | et nichili C, om. V || 15 AT ENIM] scholiasta legit in suo  
ENIM; cf. Phorm. V 8, 90 || 16 perturbatio C, -ioni dett. || 20 hem  
codd. || 22 <an> pugnus . . . <sit> dictus an . . . CONTINVO in  
mg. V<sup>2</sup> (= dett.) || 23 PVGNVS et id om. C || 28 Hem V, Huc C

173    19 1 GEMINABIT NISI CAVES hoc comminantis est, non iubentis ferire; sed quia longe stat Parmeno, 'geminā' putauit dictum.    2 *Et* GEMINABIT plagam.    3 GEMINABIT NISI CAVES non singularem pugnum et unum dabit, sed geminatos duplicitosque numero inferet.    4 EI MISERO 5 M. leno depulsatur.

174    20 1 NON INNVERAM conuenienter poeta audiorem maleficiendi inducit seruum, cum supra (*cf. ad v. 5*) dominum inuitum ostenderit cogi ad inferendam iniuriam.    2 IN ISTAM PARTEM POTIVS PECCATO ut uerberes non iussus 10 potius quam iussus non uerberes.

175    21 1 NVNC IAM duae partes istae sunt.    2 ⟨1⟩ NUNC IAM bene 'iam', quia sero et post plagas.    3 *Et* utrum hoc lenoni, ut abeat, an puellae, ut introeat, dicitur? sed facetius, si lenoni intellegas dici, quasi hoc factum sit 15 quod uoluerit et quasi uenerit, ut uapularet.    4 *Et* IAM tarditatis incusatio est, ut Vergilius (*Aen. XII 179*) 'iam melior, iam diua parens'.    5 REGNVME AESCHINE inuidiosa moraliter exclamatio et ardentior ob plagas.    6 REGNMNE AE. H. T. P. bene 'hic', id est Athenis, ubi 20 grauius crimen est dominari uelle. nam tyranni semper ibi oppressi sunt et maxime proxime.

176    22 1 SI POSSIDEREM  $\eta\vartheta\tau\kappa\eta$  εἰρωνεῖα contemnentis inuidiam.    2 ORNATVS ESSES EX TVIS VIRTVTIBVS cito ostendit, quantum a se longe sit regnum, qui dixit ornari 25 potuisse hunc lenonem ex uirtutibus suis.    3 ⟨EX TVIS

1 caueas C || 3 ⟨subaudiendum est (sscr. m. 2 = dett.)⟩  
 plagam V || 4 singulariter C || 5 geminatis CV | duplicatisque  
 V | inferet om. C | hei V | MISERO M.] miseriam V,  
 misero (*in -ri corr.*) at C || 6 depulsat C || 7 conuenienter om.  
 V | audaciorem V || 8 serum] Parmenonem *ante* maleficiendi  
 C (dett.) || 9 cogit ostendit C || 12 IAM om. C || 16 et iam  
 ⟨etiam⟩ V, et iam ⟨est aut⟩ C || 18 parens] precor *Verg.* ||  
 19 ob] ad C || 20 h. ae. t. p. V || 21 dominare C || 22 sunt  
 oppressi C | sunt — maxime *in ras.* V<sup>2</sup> | proxime (*sic et cod.*  
*Huls.*)] proximi *in ras.* V<sup>2</sup> (dett.) || 23  $\eta\vartheta\tau\kappa\eta$  εἰρωνεῖα M<sup>4</sup> (*Steph.*),  
 \*\*\*\*\* CV || 24 ornatus ex tuis u. e. V || 25 diceret C (dett.) ||  
 26 EX TVIS VIRTVTIBVS add. *Steph.*

v. app. p. 491

VIRTVTIBVS  
 dicebant.  
 tutibus'.  
 23  
 177 est dicti  
 beatur.  
 uult a s  
 enim dic  
 quod ign  
 24 s  
 'letigisse  
 179 25  
 est quam  
 QVA EG  
 additum  
 dedi'.  
 TIRI MA  
 tuam,  
 4 Et  
 rump  
 180 26  
 iuste  
 dieat.  
 181 2  
 tur a  
 2 ipse se  
 sim Ter  
 10 FEN  
 (dett.),  
 13 est p  
 simul V  
 18 tibi  
 20 hoc e  
 verum I  
 25 a lau  
 decessio

VIRTUTIBVS> sic ueteres per ironiam uirtutes pro flagitiis dicebant. Lucilius (*libr. inc. fr. 108 M.*) ‘animo ac uirtutibus’.

177 23 1 QVID TIBI REI MECVM EST hoc quia uerberatus est dicit, ut quid tibi debo?, non quia sibi nihil debeat. 2 NIHIL facete, quia et ipse abstulit et nihil uult a se repeti. 3 QVID NOSTIN QVI SIEM proprie: sic enim dicit, qui nihil quicquam debet: non me nouit, non quod ignoretur, sed quod in iure non cernatur.

178 24 SI ATTIGISSES FERRES I. plus dixit ‘attigisses’ quam 10 ‘tetigisses’; est enim multo minus quam tangere.

179 25 1 QVI TIBI MAGIS LICET haec non tam ratiocinatio est quam exclamatio per dolorem. 2 MEAM HABERE PRO QVA EGO A. D. ‘meam’ suffecerat, sed magna moralitate additum est ad uociferationem ‘pro qua <ego> argentum 15 dedi’. simul etiam ostendit leno quid repeatat. 3 QVI TIBI MAGIS LICET si mihi, inquit, non licet attingere tuam, cur tibi licet meam non tangere, sed habere? 4 *Et habere* utrum domi in consuetudine an corrumpere hoc <est> stuprare intelligemus?

180 26 ANTE AEDES NON FECISSE non erat, quod ad haec iuste responderet, et ideo sic respondet, ut ‘conuicium’ dicat, quod diuersum est.

181 27 1 LORIS LIBER lora apud ueteres laura dicebantur a lauro triumphorum, sub qua necesse erat captiuos 25

2 Lucilius — ac *in ras. V<sup>2</sup>* || 5 nihil sibi C || 6 NIHIL — ipse] sed quia ipse *in ras. V<sup>2</sup>* || 7 siem C (dett.), s. \*\*\* V; sim Ter. || 8 qui dett., quia C, quod V | non 2. et 9 sed om. C || 10 FERRES I.] f. si . V, ferres C | attigisses quam tetigisses V (dett.), attigisses C || 11 minus multo V || 12 qvi] quia C || 13 est post exclamatio C || 14 EGO om. V | A. D. om. C || 16 etiam simul V | qvi] quid V, quia C || 17 LICET] sed C, tibi magis V || 18 tibi om. V<sup>1</sup> || 19 an Steph.: est C, est (sscr. m. 2) V<sup>1</sup> || 20 hoc est W.: hoc C, an *in ras. V<sup>2</sup>* | intelligimus C || 23 diuersum Leo (cf. *Lact. Plac. ad Stat. Theb. II 417*): uerum *codd.* || 25 a laura *codd.*, corr. Steph. | triumphorum C, re cōformi V || necesse cod. *Cuiac.*, <mos> necesse C, necesse V (mos dett.)

uinciri ducique per pompam ideo, ut condicionis reminiscantur, loris caeduntur mancipia. 2 Nam mancipia dicuntur, quod manu capta sunt, servi quo seruati sunt, cum eos occidi oporteret iure belli. unde Vergilius sic inducit captiuum rogantem (*Aen.* X 524—25) ‘per 5 patrios m., p. s. s. I. t. p., h. a. s. n. p.’

183      **29** 1 HICINE LIBERTATEM Athenis scilicet. 2 o HOMINEM IMPVRVM sic ueteres impurum generaliter pro improbo ponebant, ut in eadem hac fabula (*III* 3, 6) ‘persuasit ille impurus, sat scio’. 3 AEQVAM OMNIBVS quasi 10 dicat: ubi non est quomodo Aeschinus loquitur. 4 *Et* bene ‘omnibus’, <ut> ne lenones quidem uideantur excepti.

185      **31** MITTE ISTA ATQVE AD REM REDI superbe adulescens non putat lenoni se esse purgandum. ‘ad rem’ autem ad negotium, de quo agitur, dicit. 15

186      **32** 1 QVAM REM quam abduxisti? res enim intellegitur pecunia uel id, pro quo pecunia danda est. 2 QVO REDEAM ad quam euertisti domum? quia ‘fores effrigit atque in aedes irruit alienas’ (*I* 2, 8—9). 3 ID QVOD AD TE ATTINET quod tibi prodest et commodum est. 20

187      **33** 1 CVPIO ille ‘uis’ dixit, hic ‘cupio’. 2 AEQVI MODO ALIQVID ‘dicas’ subauditur. 3 VAH LENO nomen sacrilegum, nomen iniustum: iniuitatem agitat, iustitiae patrocinatur! totum hoc εἰρωνειῶς pronuntiandum est.

188      **34** LENO SVM figura συγχώρησις. 25

189      **35** ORTA INIVRIA ‘orta’ copta.

190      **36** 1 ILLVC QVAESO REDI QVO COEPISTI figurate, rectum enim erat, ‘unde coepisti’, nisi forte pronomen est modo

1 inducique *V* || 2 Nam mancipia *om.* *C* || 3 sint *C* | reseruati *C* || 6 *h.* — *p. om.* *C* || 7 hicin *C* | scilicet athenis *C* || 8 impurum *om.* *V* || 11 quomodo *Rabbow*: quando *codd.* || 12 omnes *V* | ut *add. ed. pr.* | nec *C* || 13 istec *C* || 14 <maleficium (*sscr. m. 2 = dett.*)> non *V* | lenoni se *W.*: lenonis *codd.* || 16 *REM*] *redeam C* | <sup>ad</sup> duxi *C* | intellegitur pecunia] uel pecunia dicitur *C*; *recte?* || 20 est *om.* *C* || 22 subauditur *om.* *C* || 24 hoc totum *C* | *ιρονικῶς V<sup>2</sup>*, \*\*\*\* *C* || 25 συγχώρησις *Steph.*: enopitic *V*, \*\*\*\*\* *C* || 27 enim rectum *C* || 28 forte <quo (*sscr. m. 2 = dett.*)> *V*

accipiendo  
est dixisse  
quasi et  
dicitur  
saepe  
male  
miniculum  
*IV* 646  
quaestus  
191      37  
maioris  
amisit,  
dictum.  
potest  
192      38  
vela co  
quo di  
193      39  
manu  
tores  
ipsa  
libert  
194      40  
ducta  
fieri p  
1  
3 MALE  
obicit  
cum C;  
tibus W  
6 cedit  
F<sup>2</sup> | 14  
F<sup>2</sup> | 1  
nici C  
se V, se  
etiam se  
in se V

acciendum 'quo', ut sit: a quo. 2 *Et* bene memor est dixisse Aeschinum (*v. 31*) 'mitte ista atque ad rem redi'.

191 37 1 QVAE RES TIBI VERTAT MALE adicit contumeliam, quasi et hoc multum sit et inimicum. 2 Vertumnus dicitur deus, qui rebus ad opinata se uertentibus praeest. 5 saepe autem male cedit, quod bonum putatur, et hoc est male uertisse; ut ille gladius, qui muneri datus ad miniculum fuit reginae pereuntis, de quo Vergilius (*Aen. IV 646—47*) 'ensemque recludit Dardanium, non hos quaesitum munus in usus'.<sup>10</sup>

192 38 1 QVID SI TIBI EGO ILLAM NOLO VENDERE haec maioris sunt stomachi et ideo stultiora; nam quod iam amisit, uenditurum se negat. 2 *Et* 'quid si nolo' noue dictum. 3 *Et* τῷ ἴδιωτισμῷ 'quid si nolo cogis me?' potest autem dici: quid enim, si nolo? cogis me?<sup>15</sup>

193 39 1 MINIME εἰρωνεία. 2 NAMQVE ID METVI εἰρωνεία contumacis et ridicula in eo, qui iam amisit id, de quo dicit se cogi non posse.

194 40 NAM EGO LIBERALI ILLAM ordo est: liberali causa manu adsero. et sunt iuris uerba, a quibus etiam adser- 20 tores dicuntur uindices alienae libertatis, ut et causa ipsa liberalis dicitur, quae actionem in se continet libertatis.

196 42 1 PRO SVPREME IVPPITER haec allocutio ad hoc inducta est, ut ex uerbis lenonis appareat, quam facile mitis 25 fieri possit et quiduis libenter accipere. 2 PRO SVPREME

1 quo ut W.: quod *CV<sup>1</sup>*, ut *V<sup>2</sup>* (*dett.*) || 2 istec *V* || 3 MALE] *v. praef. vol. I p. XIV* | adicit Steph.: abicit *CV<sup>1</sup>*, obicit *V<sup>2</sup>* (*dett.*) || 4 et inimicum *dett.*, in inimicum *V*, inimicum *C*; et iniquum? || 5 ad optata? cf. *IV 7, 10* | se uertenibus Westerh. (cf. *IV 7, 10*): reuertentibus (renit- *C*) *codd.* || 6 cedit *om. C* || 8 pereunti Steph. || 13 *Et*] est *CV<sup>1</sup>*, est et *V<sup>2</sup>* || 14 τῷ ἴδιωτισμῷ Steph.: \*\*\*\*\* *codd.* | cuges *ex -is corr.* *V<sup>2</sup>* || 16 MINIME *om. V<sup>1</sup>* | yronia *V*, \*\*\*\* *C* | yronia *V*, ipo-  
nici *C* || 17 contumax *V* (*dett.*) | qui W.: quia *codd.* || 18 dixit<sup>c</sup>  
se *V*, se dixit *C* || 19 est *om. V* || 20 manum *CV* | a *om. C* |  
etiam *om. V<sup>1</sup>* || 21 ut] nam *V* (*dett.*) || 22 quae] et *C* | continent  
in se *V* || 25 appetet *C*

IVPPITER 'supremum' summum nunc dicit — ab eo quod est superum et superius, fit supremum —, ut Vergilius (*Aen.* VII 220—21) 'rex ipse Iouis de gente suprema: T. Ae. t. n. a. l. m.' etsi non abhorret a persona et plebei et lenonis et uim passi Iouem ipsum conuicio prosequi, 5 ut cotidie uidemus ab hominibus eius loci et ordinis fieri.

197 43 1 MINIME MIROR QVI INSANIRE OCCIPIVNT EX INIVRIA sensus hic est: insanos fieri per iniuriam plerosque mirabar, sed iam non miror, postquam ego ipse per iniuriam, quam sum passus, insanire compellor adeo, ut exclamem 10 'pro Iuppiter!' 2 Et simul animaduerte uigilantem poetam, ubicumque in comoedia uocem tragicam extulerit, statim personam insanam dicere. sic et supra (*I* 2, 31) 'pro Iuppiter, tu homo adigis me ad insaniam!'

198 44 1 ME INVITO ABDVXIT MEAM honestiori personae 15 haec querela sufficeret 'abduxit meam', at leno bene addidit 'me inuitio': nam abducunt meretrices et cum uoluntate lenorum. 2 Et decora locutio per ἔλειψιν 'me inuitio abduxit <meam>': non enim addidit 'puellam' aut quid tale.

200 46 TANTIDEM EMPTAM POSTVLAT <s. r. > legitur 'tantidem emptam postulat sibi darier'. *unmetr.*

199 45 1 HOMINI MISERO secundum illud Menandri ταυγοστηποιων τοι γοερπατοτον γρωνον οικετην λαβων. 2 HOMINI MISERO PLVS QVINGENTOS COLAPHOS contumeliosa caedes 25 'colaphos' et indigna lenoni, qui et 'infregit', ut illudens

1 summum *om.* *V* | dicitur *C* | ab eo *om.* *V* || 2 et et ut *om.* *C* || 4 T. — m. *om.* *C* | horret *in* -es corr. *V* || 5 iouem *V*, et \*\*\* uessem *C* | persecui *V* (dett.) || 6 ab omnibus et ordinibus *codd.*, corr. Steph. || 7 qvri] quia *C* || 11 aduerte *V* (dett.) || 12 <ut> ubicumque *C* (dett.) | uocem *om.* *C* || 14 adiges *V* || 15 inuitio <et eius> *C* | honestioris (sic et *O*; corr. Steph.) — meam *in mg.* *V<sup>2</sup>* || 16 at] sed *V* (dett.) || 18 locutio <est (add. m. 2 = dett.)> *V* | per eclipsim *C*, per elipsim *V<sup>2</sup>* || 19 meam add. *W.* || 21 legitur — postulat *om.* *C* | tandem *V*, corr. dett. || 22 darier *V*, datur *C* || 23 ΔΙΓΟΣΤΗΠΟΙΩΝΤΟΙΓΟΕΡΠΑΤΟΤΟΝΓΡΩΝΟΝΟΙΚΕΤΗΝΔΒΩΝ Lindenbr. (ex cod. Cuiac. ut vid.), \*\*\*\*\* CV; ad v. 44 refert Nencini || 26 digna *C* | infregit] subaud. ait

hoc fecisse Aeschinus uideatur, cum sonitu se delectat.  
 'infregit' autem inlisis, inflixit. 3 HOMINI MISERO PLVS  
 QVINGENTOS COLAPHOS flebiliter pronuntiandum: hoc enim  
 exprimitur incusare eum in alieno facto fortunam suam.

4 Et uide, quantum distet hoc ab illo, quod supra 5  
 dicebat (v. 18) 'ipsum istuc uolo experiri': hoc quia solus  
 est, illud quia cum aduersario.

201 47 BENE PROMERVIT 'bene' multum; 'promeruit' ad-  
 iuuit, profuit, cui contrarium est commeruit; nam me-  
 reri et promererri est praestare beneficium. Vergilius 10  
 (Aen. VI 664) 'quique sui memores alios f. m.' et (Aen.  
 IV 334—35) 'numquam, regina, negabo promeritam'.

203 49 VBI ME DIXERO DARE TANTI recte dixit; ubi enim  
 pactio intercesserit pretii, iam erectionis actio sublata erit  
 <et> pretium debebitur. 15

204 50 MOX CRAS REDI mire transiit ad μημητικόν.

205 51 1 ID QVOQVE POSSVM PATI ipsum 'mox, cras redi',  
 id est moram. 2 QVAMQVAM INIVRIVM EST 'uendere,  
 quod nolis' scilicet.

206 52 1 ID QVOD RES EST pro: id quod uerum est. noua 20  
 locutio. 2 QVANDO EVM QVAESTVM INCEPERIS ut in An-  
 dra (I 1, 52) 'dein quaestum occipit'.

207 53 MVSSITANDA patienda, consideranda cum silentio et  
 ut in amatore putanda ac per hoc preferenda. mussi-

1 se delectat C, cod. Cuiac., se colaphizatum <significat  
 (add. m. 2)> V (dett.) || 2 inflixit <sup>ut sit sensus</sup> (sscr. m. 2 = dett.)  
 V | plus <sup>quam</sup> (sscr. m. 2 = dett.) V || 3 <et> flebiliter V ||  
 4 incusare eum W.: incusat tum C, ut <sup>tum</sup> incuset (tum sscr.,  
 e ex a corr. m. 2 = dett.) V || 7 quia om. V || 8 promeruit  
 annuit V, meruit aut iuuit C, corr. ed. pr. || 9 proficit C ||  
 14 pactio Steph.: captio codd. | pretium (iam om.) V || 15 et add.  
 dett. || 16 REDI mire] redimere C, redi V | mimeticum V, nueme-  
 ticon C || 17 PATI (ante possvm C, dett.)] ferre Ter.; fort. possvm  
 <FERRE id est possum> pati. id ipsum etc. | ipsum om. C ||  
 20 EST om. V | noua Schoell: nobis codd.; bona Steph. || 21 in-  
 ceperis CV<sup>1</sup>, occuperis V<sup>2</sup> (dett.; sic et Don. Hec. V 3, 42) ||  
 22 dehinc C || 24 in amatore] amatorie V

tare enim proprie dissimulandi causa tacere est, uel a muto uel ab M, quae *est* littera nimium pressae uocis ac paene nullius adeo, ut sola omnium, cum inter uocales inciderit, atteratur atque subsidat. hinc Vergilius (*Aen.* XII 657) 'mussat rex ipse Latinus'.<sup>5</sup>

208    54 FRVSTRA EGOMET MECVM praeparationis genus ad accipendas uiginti minas totius summa est disputationis.

## 2.

209    1 1 TACE EGOMET CONVENIAM IAM IPSVM in hac scaena actus est exemplum continens uitiae auarorum, qui saepe in damnum ipsius auaritiae rationibus ruunt; simul etiam 10 duorum inter se nequam hominum spectanda quaedam uicissim et dolosa captio est.    2 TACE EGOMET CONVENIAM IAM IPSVM 'tace' si pro aduerbio est positum, omnibus dicitur, si pro uerbo, Ctesiphoni dicitur maxime sollicito et supplicantib[us] ob metum patris. 'iam' autem 15 nunc non tardationis sed properationis est significatio.

*falsa uita A.  
vrelw. Aeschnino  
Krich. Gn. 10, 643*

210    2 1 BENE DICAT SECVM ESSE ACTVM recte additum, nam multa cupide accipimus, ita tamen, ut male nobiscum actum esse dicamus.    2 QVID ISTVC SANNIO EST illud supra post scaenam, hoc iam in proscaenio dicitur.<sup>20</sup>

3 Et uide quam ingeniose Terentius, qui supra (II 1, 30; 42) ab Aeschnino lenonis nomine facit Sannionem uocari, utpote ab homine arroganti et feroci ob aetatem ac negotium, at hunc blande circumuenientem honorificentius

1 est om. C | a V<sup>2</sup>, om. CV<sup>1</sup> || 2 est hic add. W., post nullius sscr. V<sup>2</sup> || 3 nulli C || 5 mussitat codd. || 6 EGOMET — desperationis V<sup>2</sup> ut vid. | genus *est* V (dett.), q[ui]ritur C || 7 accipienda fugit minas C, accipendas minas V (dett.); corr. Steph. | summa est W.: summae codd. | disputationis C, desperationis V (dett.); sic et Pith. in cod. *Cuiacii legisse videatur* || 9 auare quia C || 10 ruunt in ras. V<sup>2</sup> || 11 spectandam C || 12 est om. V || 13 positum W.: post CV<sup>1</sup> || 14 *et* thes \*\*\* C || 16 nunc om. C | est ante sed C (dett.) || 17 *actum* esse actum C || 19 actum post dicamus C || 21 terentium CV<sup>1</sup> || 24 negotium *alienum* Hartman | at V | honorificentem C

inducit cum lenone loqui et eum Sannionem uocare. fere qui in sordidis professionibus agunt, honorifice proprio nomine appellas, at *<in>* splendidis artibus constituti gaudent artis nomine nuncupari, ut imperator orator philosophus. sic et in Eunicho (*III 2, 1*) ‘audire uocem uisa sum *<modo>* militis’ apud se loquens meretrix, et postquam illum comminus uidet (*III 2, 2*) ‘salue, mi Thraso’ inquit, non ‘salue, miles’, quod erat durissimum, et mox irata personat (*IV 7, 36*) ‘miles, nunc adeo edico tibi’.

211 3 1 NESCIO QVID CONCERTASSE CVM ERO argute positi-<sup>10</sup>  
tum ‘nescio quid’: uult enim ex illo audire, ut namiscatur initium persuadendi, quod cupit. 2 CONCERTASSE

*oīnovopūla*: honorifice lenonem tractat, ut et placidum sibi reddat et ut faciat eum ad contempnendam pecuniam liberalem; nam honestas adimit auaritiam.<sup>15</sup>

212 4 1 CERTATIONEM COMPARATAM . . . . . quia ille ‘con-  
certasse’ dixit, non ‘caesum esse’. 2 COMPARATAM pro-  
prie, alias (*Heaut. III 1, 94*) constitutam. 3 *Et*  
‘comparatam’ ad Syri dictum refert, qui ait concerta-  
tionem fuisse pares faciens Aeschinum et lenonem. nam 20  
Sannio uult sibi deberi et pro eo quod uapulauit, quod illi abstulit Syrus dicendo eum non uerberatum esse sed potius certauisse. 4 *Et* proprie dixit ‘certationem’ ipsum actum; nam certamen est ipsa res, de qua certatur, uter columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas —<sup>25</sup>

2 in om. C | nomine proprio appellat C || 3 at in W. (at *Dziatzko*): ac C, sed qui in *in ras.* V<sup>2</sup> (= *dett.*) | blandidis

C | artibus *dett.*, actibus CV | <sup>sunt</sup> constituti (sscr. m. 2 = *dett.*) V || 4 *<ut>* orator *<ut>* V || 5 et om. V || 9 persona C dico V, (*post tibi*) C || 12 quod persuadendi *codd.*, corr. W. | cupit Goetz: coepit *codd.*; suscepit Steph. | certasset C || 13 oeconomia V, icon- C | lenonem Klotz: nomen *codd.* || 14 eum faciat C || 16 concertationem V | lac. in *codd.*; ἐν δια δυοῖν Lindenbr. ex cod. Cuiac. (Ἐν διὰ δύοῖν adn. Pith.), διασύνει Steph. | qui C | illa V || 17 dicitur C | non caesum] necessum V (sim. *dett.*) || 18 alias comparatam et constitutam ad etc. C || 19 certatio- nem V || 20 parem V, partes C; corr. Steph. | fat\*\* tis C || 21 de- bere C | uapulauit *<et>* V || 22 abstulit illi C || 24 uter Steph.: utrum CV || 25 columba C | uter Steph.: utrum C, ut V

nam sic Vergilius in Bucolicis (*Geo. II 530*) 'uelocis iaculi c. p. i. u.' —; at uero certatio ipse actus contentioque certantium est.

- 213    5 ILLE VERBERANDO VSQVE incerta distinctio est: uel 'uerberando usque' uel 'usque defessi'. et est 'usque' ad uerbum: significat enim aut diu aut multum.
- 214    6 1 TVA CVLPA potest et nominatiuus et septimus casus esse. si nominatiuus, deest 'est', si septimus, deest 'factum est'.    2 ADVLESCENTI MOREM GESTVM OPORTVIT ab aetate adiuuatur sententia, ideo 'adulescenti' dixit, non 'Aeschino'.    3 Et morem gerere proprie lenonis est et meretricis, unde et ipse sic respondet, ut non fugiens κακέμφατον dicat 'usque os praebuli' (*v. 7*).    4 ADVLESCENTI MOREM GESTVM cum emphasi 'adulescenti' pronuntiandum, scilicet qui facile assensione caperetur.    15
- 215    7 1 QVI POTVI MELIVS subauditur 'morem gerere'. et hoc subtiliter leno, cum morem gerendum fuisse in meretricis pretio dixerit Syrus.    2 HODIE 'hodie' non tempus significat, sed iracundam eloquentiam ac stomachum, ut Vergilius (*Aen. II 670*) 'numquam omnes hodie moriemur inulti'.    3 AGE modo corripientis aduerbum est.    4 SCIS QVID LOQVAR argute, quia simulauerat leno non intellexisse quod dixerat seruus.    5 SCIS QVID LOQVAR legitur et 'si quid loquar'.
- 216    8 MAXIMVM INTERDVM EST LVCRVM bene additum et 'in loco' <et> 'interdum': non enim semper.
- 217    9 1 SI NVNC DE TVO IVRE CONCESSISSES ne diceret: non erat res mea, quam uenalem habui.    2 An 'de tuo iure'

1 nam] unde *V<sup>2</sup>* (dett.) || 3 certantium est] certant et ut et *C* || 4 uel *om. C* || 6 significat enim *W.*: significatiū *C*, significans *V* (dett.) || 8 est] et *C* || 10 ideo] uel *C* || 12 respondit *C* || 13 κακέμφατον *M<sup>4</sup>* (*Steph.*), \* \* \* \* \* *CV* | os <rei> praebulit *C* || 14 emphasi *C*, emphasi <est> *V<sup>2</sup>* || 15 facilis *V* | assencionem *C* || 18 HODIE] autem *V* || 19 iracundiam *codd.*, corr. ed. pr. | e loquacia *V* || 22 leno non *V* (dett.), lenoni *C* || 23 seruus] syrus *V* | legitur et <sic sed (et *C*) scis quid loquar legitur et> *codd.* || 25 interdum lucrum est *V*, introducit lucrum *C* || 26 locum *C* | et add. *Steph.*

de lenonia duritia, ut alibi (*Phorm. III 2, 48*) ‘meo iure  
utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est’?

219 11 1 NE NON TIBI ISTVC FAENERARET faeneratum  
est cum lucro redditum et multiplicatum. ‘faeneraret’ ergo  
non Aeschinus sed ipsa res, in qua faeneratio. 2 EGO 5  
SPEM PRETIO NON EMO ἀντιφούλα contra (v. 8) ‘pecuniam  
in loco neglegere maximum interdum est lucrum’.

220 12 1 NVMQVAM REM FACIES quia quidquid agit leno  
ad lucrum refert, lucri genus dicit esse Syrus †sic a le-  
none, quemadmodum ipse persuadet. 2 Et nota ‘rem’ 10  
et litem et negotium meretricis et patrimonium et omnem  
pecuniam nominari. 3 NVMQVAM REM FACIES secundum  
personam suam et lenonis Syrus adhortatus est hominem  
ad lucrum excitans, non ad honestatem, 4 NESCIS IN-  
ESCAR HOMINES SANNIO μεταφορά ab aucupibus, qui aui- 15  
bus capiendis offundunt cibum.

221 13 CREDO ISTVC MELIVS ESSE uide comicum errorem  
utriusque personae, et callidi lenonis et captiosissimi  
famuli.

223 15 1 AGE nunc uerbum est significans ‘dic’, quod iam 20  
prope est, ut consentiat persuadenti. 2 TVVM ANIMVM  
id est liberalem. 3 QVASI IAM VSQVAM TIBI sensus est:

1 meo iure] mea lege *Ter.* || 2 est] sit *C* (*dett.*) || 3 istuc  
tibi *C* || 4 est *V<sup>2</sup>*, et *C* | redditum et *V*, reddet uel *C* || 5 Aeschi-  
nus post res *C* | <sup>in qua</sup> foeneratio <sup>est</sup> (*sscr. m. 2 = dett.*) *V*, ipsa  
feneratio *C*, cod. *Cuiac.* || 6 ἀντιφούλα *M<sup>4</sup>*, amphibonomia *C*,  
\*\*\*\*\* *V*; ἀντιφούλα *Steph.* || 8 facias *V* | quia quicquid  
cod. *Cuiac.*, qui aliquid *C*, quidquid *V* (*dett.*) || 9 <si> syrus  
*V* | sic a lenone *C* (*cod. Cuiac.*; *dett.*), sic ad lenonem *V*; <si  
agatur> sic a. l. *Goetz* || 10 persuadet om. *C*, cod. *Cuiac.* ||  
11 et 3. om. *C* || 13 suam et lenonis *C*, cod. *Cuiac.*, serui leno-  
nem *V* (*dett.*) | hortatur (om. est) *V* | hominem] eum ipsum *in*  
*ras.* *V<sup>2</sup>* (*dett.*) || 15 metaphora *V<sup>2</sup>* (*dett.*), \*\*\*\*\* *C* || 17 esse  
melius *C* | errorem (*post utriusque V*) morem *Bentley*; at  
cf. *II 2, 1* || 18 lenonis callidi *V* || 19 famuli *C*, cod. *Cuiac.*,  
serui *V* (*dett.*) || 20 uerbum — dic *in ras.* *V<sup>2</sup>* | est om. *C*|  
quod] quia *V* (*dett.*) || 22 id est *C*, cod. *Cuiac.*, deest *in ras.*  
*V<sup>2</sup>* (*dett.*)

quasi *<in>* numero aliquo ducas et in aliqua aestimatione constituas et non, si uelis, penitus contemnas uiginti minas, dum modo huic obsequaris. 4 <sup>t</sup>QVASI IAM VSQVAM TIBI SINT<sup>t</sup> *<non>* ‘profecturum’ dixit sed iam ‘proficisci’, et ne neget, non ab uno id audiri, sed ‘aiunt’ inquit. 5

224 16 PRAETEREA AVTEM *ἀρχαισμός* figura, nam ueteres libenter coniunctiones multiplicabant.

225 17 1 COEMISSE HINC QVAE ILLVC nusquam hoc ostendit alias Terentius, sed ex confessione lenonis appetat uera haec esse omnia. 2 *Et* mira uarietas: ‘proficisci’ ‘coemisse’ ‘conductam’, ne diceret: proficisci .. coemere .. conducere. 3 *<Et>* nauem conductam esse addidit, ut dilationem res habere non possit. 4 HOC SCIO ANIMVS TIBI PENDET ‘hoc’ et correpte legi potest, ut articulus demonstratiuus sit, et producte, ut significet aut *<ad>* 15 hanc rem aut ad hunc locum, id est Cyprum.

226 18 1 VBI ILLINC SPERO REDIERIS ex spe sua uult Syrus ostendere, quid leno debeat sperare, id est non se accepturum modo. 2 TAMEN HOC AGES exiges debitum; nam hoc agere dicimus eum, qui instat negotio suo. 20

227 19 NVSQVAM PEDEM quia exclamatio est, per apiosio-pesim non compleetur.

228 20 1 INIECI SCRVPVLVM HOMINI hoc leno non audit:

1 in numero (*Steph.*)] numeros aut C, inuenires ut *in ras.*  
*V<sup>2</sup>* | dicas et in aliis existimatione C || 2 si non C | penitus  
*om.* *V* || 3 huic modo C | obsequaris *cod. Cuiac.*, obsequare  
 (-ris C) uelis (*ex varia lect.* uel *is natum*) *rell.* | QVASI — SINT<sup>t</sup>  
*schol. pert. ad TE AIVNT PROFICISCI CYPRVM* || 4 non] et eum non *in*  
*mg.* *V<sup>2</sup>* (*dett.*), uel ē C || 5 ne] re *V*, *om.* C | id audiri *W.*:  
 ibi audire C, dicit (*sic dett.*) ubi audire *V* || 6 archaismos *est*  
*V<sup>2</sup>* (*dett.*), \* \* \* \* C | figura *V* || 9 si C | appareat *V* || 10 haec  
*post omnia C* || 11 ne diceret *post coemere C* || 12 Et *add.*  
*dett.* | esse] nauem *in ras.* *V<sup>2</sup>* (*dett.*) || 13 ut *in ras.* *V<sup>2</sup>*, ne  
*C* | res *V<sup>2</sup>*, rei C || 15 demonstratiuus *V*, huius demonstrat *C* |  
*ad add. Kauer* || 16 hac re C | Cyprum] \* \* \* C || 19 twn |||||  
 haec ages *hoe est* (*sscr. m. 2*) *V* | exiges] extrahes C || 20 haec  
*V* || 21 *<oratio>* per — compleetur *V<sup>2</sup>* (*dett.*) || 23 hoc (*in mg.*  
*al. hunc*) C, hunc *V*



simul enim dicitur, cum ille clamat, et ideo simul legi non potest. 2 Et hic ostendit Syrus, quo consilio haec locutus sit.

230 22 QVAE PORTO CYPRVM *<in>* hanc insulam portat uel quod Veneri sacrata sit, ut Horatius (*c. I 3, 1*) ‘sic te diua potens Cypri’, uel quod mercatus in ea sit, ut idem (*c. I 1, 13—14*) ‘numquam dimoueas, ut trabe Cypria Myrtoum pauidus nauta secet mare’.

228 20 3 ILLVD VIDE ‘uide’ τῷ ἰδιωτισμῷ dixit.

229 21 1 VT IN IPSO ARTICVLO OPPRESSIT μεταφορά per 10 seuerans a scrupulo, id est lapillo, qui nos in calceo latens plerumque laedit. 2 Et OPPRESSIT uel Aeschinus uel res ipsa, quam subicit, id est quod ait ‘emptae mulieres complures’ etc. 3 *<EMPTAE MYLIERES COMPLVRES ET>* ITEM HINC ALIA in lenonis mercibus ἔξοχή ‘mulieres’. et 15 est σύλλημψις: ‘emptae’ et ‘empta’.

231 23 1 NISI EO AD MERCATVM ‘eo’ aduerbum est loci, id est Cyprum. mercatus autem locum tempusque significat. 2 DAMNVUM MAXIMVM EST quia adhuc damnum in in pretio mulieris est.

232 24 1 NVNC SI HOC OMITTO quod damnum est, sed leuitate. ‘hoc’ autem dicit negotium cum Aeschino. 2 ACTVM AGAM prouerbium, id est: nihil agam. quod enim in iure semel iudicatum fuerit, rescindi et iterum agi non potest. sic in Phormione (*II 3, 72*) ‘actum aiunt ne agas’. 25

233 25 1 NIHIL EST noue ‘nihil est’ pro: nulla spes est.  
2 REFRIXERIT pro ‘refrigescet’.

2 hic *V* | quod *codd.*, corr. Steph. || 4 in add. Goetz | portat Goetz: <sup>o</sup>potat<sup>e</sup> *C*, dictam *in ras.* *V*<sup>2</sup> (*dett.*) || 5 ut om. *C* || 6 sit in ea *C* || 9 τῷ ἰδιωτισμῷ Steph.: \*\*\*\*\* *codd.* | *<ubi>* dixit *C*, dicit *V* || 10 metaphora *V* (*dett.*), \*\*\*\*\* *C* || 11 ab *V* || 12 Et opprimit *codd.* || 13 ipsa res *C* || 14 etc. om. *V* | EMPTAE — ET add. *W.* || 15 ἔξοχή Steph.: \*\*\*\*\* *codd.* | mulieres et est *W.*: mulier uestes (-is et est *V*) *CV* || 16 silempsis *V* (*dett.*), \*\*\*\* *C* | *<legitur (add. m. 2 = dett.)>* emptae *V* || 17 *<nunc>* est *V* || 19 adhuc] hoc *C* | mulieris impretio *C* || 21 omittam *V* || 27 refrigescit *codd.*, corr. *W.*; cf. Andr. *II 3, 7*; *Phorm. III 2, 31*

- 234      26 VT SIT SATIVS PERDERE per ὑπερβολήν hoc accipe,  
nam non conuenit personae lenoniae damna contemnere.
- 235      27 1 NVNC MANERE dum non nauigo.      2 TVM PER-  
SEQVI cum rediero.
- 236      28 1 IAMNE ENVMERASTI fингит Syrus se non intelle- 5  
gere, quid apud se ipsum leno locutus sit. adeo illi aliud  
<ait>, atque ille secum disputauerat.      2 ID QVOD AD TE  
REDITVRVM PVTES hoc dicto significat tantum illum ac-  
cepturum, quantum ille dederat in puella. nam hoc ad  
nos redit, quod a nobis abierit.      3 Et dicendo 'reditu- 10  
rum' ostendit super uiginti minas nihil illum sperare  
oportere. sic enim <supra> (II 1, 37) 'minis uiginti tu  
illam emisti, quae res tibi uertat male: <a. t. d.>'.
- 237      29 1 HOCINE ILLO DIGNVM EST huiusmodi comploratio  
summam desperationem lenonis ostendit.      2 HOCINE IN- 15  
CIPERE <AE> 'incipere' quasi de magno facinore dixit, ut  
in Heautontimorumeno (III 3, 39) 'uide, quod incepit  
facinus'. 'Aeschinum' autem cum laudatione dixit, quasi  
quem non deceat male facere.      3 Et uide, quam omnia  
experiatur impotens ac miser ob recuperandam rem suam. 20
- 238      30 1 VT HANC MIHI ERIFERE POSTVLET non dicit quam,  
quia de illa sermo est.      2 POSTVLET uelit aut speret.  
Cicero (*in Catil. I 9, 22*) 'ut temporibus rei publicae ce-  
dat, non est postulandum', hoc est cupiendum aut exspec-  
tandum.      3 'Ἐν ἡθεὶ 'eripere postulet' dixit, non 'eri- 25  
perit', tamquam adhuc non fecerit. et sic loquuntur, qui  
nolunt circa se perseverare iniuriam.

1 per om. V | yperbole (ip- C) codd. | hoc ex hic corr.  
V || 2 non om. C | lenonicae V, lenoniae (ante persone) C ||  
3 NVNC] hic (in ras. V<sup>2</sup>) codd. | prosequi C, (ante corr.) V ||  
4 cum dett.: dum C, tum dum V || 5 non se C || 6 quod codd.,  
corr. Steph. | ideo Steph. || 7 ait (quam pro atque) dett. | disputa-  
uerit codd., corr. Westerh. || 8 ille om. C || 11 xx<sup>ti</sup> decem C, decem  
V || 12 supra add. V<sup>2</sup> (dett.) || 13 a. t. d. add. Schoell || 15 HOCINE IN-  
CIPERE AE.] Hoc incip. C, en V || 16 quasi incipere C || 20 potens  
CV<sup>1</sup>, corr. V<sup>2</sup> (dett.) | ob] ad V || 21 dicit quam Westerh.: de qua  
CV || 23 cedat C, det V; cedas Cic. || 24 est 1. om. C || 25 ἐν <τῷ> ἡθεὶ<sup>1</sup>  
Steph.: \*\*\*\* codd. | dicit C | eripuit V || 27 uolunt CV, corr. dett.

239 dixit  
tarde  
uerbur  
multis  
dere  
4  
SI SAT  
magnum  
320 paratio  
33  
loyla  
sione  
342 sed id  
bat.  
RADE  
MIHI  
est su  
dict  
uide  
243 'nec  
3  
metha  
ficans  
deris  
8 dicit  
dett. |  
(pro di  
Pae.  
17 alio  
hei cod  
pratum  
est] quo  
33 in e  
rerum i

- 239     **31** 1 LABASCIT hoc presse dicitur.   2 *Et* proprie dixit ‘labascit’, ut et suam instantiam et cunctationem tarde incipientis consentire monstraret. nam inchoatiuum uerbum est, *μεταφορά* ab arbore † significans facta, quae multis succisa ictibus ferri tandem incipit in casum pen-  
dere ruinamque minare.   3 *VNUM HOC HABEO* hoc clare.  
 4 *Et* subaudiendum ‘quod dicam’ uel ‘dicere’.   5 *VIDE SI SATIS PLACET* non ‘placet’ dixit sed ‘satis placet’ ueluti magnum consilium praebiturus.
- 240     **32** POTIUS QVAM VENIAS IN PERICVLVM oratoria com-  
paratione peiorum dicit hoc esse, quod suggerit, eligendum.
- 241     **33** 1 DIVIDVV M FACE hoc est diuide: figura *μακρολογία*.   2 Diuiduum a diuisione, dimidium a dimensione dicimus.
- 242     **34** 1 MINAS DECEM scit illum uiginti posse accipere, 15  
sed idecirco sic agit, ut optet leno, quod paulo ante nole-  
bat.   2 *Et ALICVNDE* dictum est non habentis.   3 COR-  
RADET ALICVNDE nam nec ipsae in promptu sunt.   4 EI  
MIHI ETIAM DE SORTE NVNC VENIO IN DVBIUM MISER SORS  
est summa, cui extrinsecus acquiritur faenus. ergo sortem 20  
dicit pretium, quo empta est, id est uiginti minas.   5 *Et*  
uide illum damno exclamare quam iniuria.
- 243     **35** NVNC VENIO IN DVBIUM in periculum. Vergilius (?)  
'nec tibi de sorte in d. c.'
- 244     **36** 1 OMNES DENTES LABEFECIT iniuria lenoni tune 25  
 1 et proprie dicitur *C*, *om.* *V*; dixit Westerh. || 4 *μεταφορά* *W*:  
*metaphora* *V* (et est m. *dett.*), *om.* *C* | ab *om.* *C* | signi-  
ficans *C*, siccante *V* (*dett.*); se inclinante? || 5 pendere] pon-  
deris *C* || 6 minare *C*, nutare *V*, *cod.* *Cuiacii* || 7 quid *V* ||  
8 dicit *C* || 10 oratoria *V* || 11 priorum *C*, (*ex corr.*) *V<sup>2</sup>*, *corr.*  
*dett.* || 12 macrologia *V* (*dett.*), \*\*\* \* *C* || 13 a — diuidium  
(pro dim-) in *mg.* *V<sup>2</sup>* | ad dimensionem *V*; a dimidione *Lact.*  
*Plac. ad Stat. Theb. VII 645 (cod. Monac.)* || 16 sic *om.* *C* ||  
17 aliunde *CV<sup>1</sup>*; sic et *infra C* || 18 ipsa *C*, (*ante corr.*) *V* ||  
hei *codd.* || 19 miser in dubium *C* || 20 exquiritur *C* || 21 dicit  
pretium *W*: de pretio (de add. *V*) *CV*; dicit de pr. *dett.* | id  
est] quod *C* | minis *V* || 22 damno <sup>potius</sup> (*sscr. m. 2 = dett.*) *V* ||  
23 in *om.* *C* || 24 nec (ne *C*) — c.] *Lucan. V 692* ‘sors ultima  
rerum in dubios casus’ etc. *subesse suspicatur Schoell*

dolet, cum adiuncta damno est, 'accipienda et mussitanda' (II 1, 53), cum in quaestu uidetur. idcirco enumeratis contumeliis adicit (v. 38) 'etiam insuper defraudat?'

2 *Et* uide, ut eadem quae supra, sed ardentius et cum auxesi repetat. sic et Vergilius in maius repetit, quod 5 non semel dicit.

245 37 COLAPHIS TVBER EST TOTVM CAPVT 'tuber' cibi genus est collectum ex tumentibus et quasi praegnantibus harenis. plus autem hic quam supra dixit (II 1, 45) 'plus quingentos colaphos infregit mihi'. 10

246 38 1 ETIAM INSVPER DEFRAVDAT αὐξησις apta lenoni auaro, nam honestior persona non hunc ordinem faceret.

2 DEFRAVDET fraude decipiatur. 3 NVSQVAM ABEO hoc dictum uim habet comminationis, nisi illud cum contemptu suscepitur Syrus. 4 VT LIBET neglegenter seruus re- 15 spondet, ut rogetur a lenone.

247 39 1 NVMQVID VIS QVIN ABEAM haec est plena oratio, nam 'numquid' 'uis' desiderat supplementum. et hoc uti dicto discedentes solent. 2 QVIN quare non significat.

3 IMMO HERCLE HOC QVAESO SYRE VTVT HAEC SVNT 20 ipse sibi satisfacit, — 'utut' enim quoquo modo significat — diuerticulum ad preces faciens.

248 40 POTIVS QVAM LITES SEQVAR quia dixerat Aeschinus (II 1, 41) 'nunc uide utrum uis: argentum accipere an causam meditari tuam'. 25

249 41 1 MEVM MIHI REDDAT sortem, de qua supra sola recusabat. 2 *Et* oratorie: non enim 'quanto emi' sed inuidiose 'meum mihi reddat'. 3 SALTEM τὸ ἔσχατον.

2 in — uidetur] *quaestum occuperis* *V* (sim. dett.) || 3 adicit additur *V* || 4 supra <dixit repetat (in mg. add. m. 2 = dett.)> *V* || 5 auxesin *C*, (ante corr.) *V* | repetant *C*, reputat *V* | sic et 6 non *om. C* || 8 peregrinantibus *codd.*, corr. ed. pr. || 9 plus <quam> *CV<sup>2</sup>* || 10 *mihi*] hic uero colaphis tuber est totum caput in mg. add. *V<sup>2</sup>* (= dett.) || 11 insuper etiam *V* | auxesis <hic> *V*, \*\*\*\* *C* || 14 uim habet comm-] est com- minantis *V* || 15 respondet seruus *C* || 19 solent *om. C* || 20 hoc] haec *C* | SYRE *om. C* || 26 de *om. V* | quam et solam *V* (dett.) || 28 τὸ ἔσχατον cod. Vat. Reg. 1673 (Steph.): τὸ ecaton *V*, \*\*\*\* *C*

natum est autem 'saltem' a captiuis, qui nihil aliud praeter salutem a uictore petant.

250 42 SCIO TE NON VSVM ANTEHAC AMICITIA MEA figura ἀξιοποστία, per quam ostendit fideliter se promittere, quod promittit. Vergilius (*Aen. III 602*) 'scio me D. e c. u.' 5

251 43 1 MEMOREM ME DICES figurate inducta promissio praemiorum. 2 *Et* bene utrumque, nam non continuo qui memor etiam gratus est. 3 Memor est, qui apud se meminit, gratus qui meruit hoc uocari, dum uicem reddit; nam multi memores, ingratii tamen. 4 SED VLO 10 FACIAM sic promittit, ut nihil interesse sua credatur.  
5 SED VLO de industria, sine dolo.

252 44 1 SED CTESIPHONEM VIDEO LAETVS EST DE AMICA aduentus in proscenio personarum cum consulto consilio fingantur a poeta, tamquam superueniunt aliis rebus in 15 medio positis, quae ipsarum interuentu finiantur. mire tamen, quod quasi ex argumento futuri actus sui, ante quam loqui incipient, describuntur. 2 LAETVS EST DE AMICA hoc lentius et submissus.

253 45 1 QVID QVOD TE ORO deest 'agis' et 'ego'. 2 QVOD 20 TE ORO aut si quid aut propter quod intellegamus, <ut sit>: quid mihi respondes de eo propter quod te oro? <aut: si quid te oro?> 3 *Et* quam bene fastidiosum lenonem facit Syrus, ut optans ille desperando accipiat uiginti minas! nam et supra non intendentí dicit totiens 25 in uno sensu 'Syre' (*v. 39, 41*). 4 DE AMICA potest hoc et interrogatiue pronuntiari.

1 est om. C || 3 non te C || 4 ἀξιοποστία Steph.: \*\*\*\*\*  
CV | se fideliter C || 9 hoc <nomine> Steph. || 10 <sunt> memores  
dett. || 11 suum interesse C || 14 aduentus Steph.: ademptus C,

cum  
apparatus V(dett.) | in consulto C || 15 fingatur C | superueniant V  
(dett.) || 16 ipsorum (*ante corr.*) V, ipso C || 17 quasi om. V || 18 in-  
cipiant loqui C | describantur (a *ex u corr.*) V || 20 agis deest  
C | et <deest> V || 21 aut 1. — 22 quod te oro om. C || 22 ut sit  
add. dett. | non respondes (sscr. m. 2 = dett.) V || 23 aut — oro  
add. dett. | Et — lenonem in ras. V<sup>2</sup> || 27 hoc om. V

## 3.

- 254    **1** **1** ABS QVIVIS HOMINE CVM EST OPVS BENEFICIVM ACCI-  
PERE GAVDEAS in hac scaena gratiarum actio est ex per-  
sona et eius qui praestitit et eius cui praestitum est et  
ex ipsius praestiti quantitate. nam omne quod geritur, aut  
in rebus est aut in personis aut in attributis eorum.      5
- 2 ABS QVIVIS HOMINE bene sic coepit dicturus 'o frater  
frater'.    3 *Et 'qui'* secundum regulam dixit, quia dicimus  
quibus. ceterum a quo quis facit et non quibus.  
4 *Et* incerta distinctio est: uel 'cum opus est beneficium  
accipere' <uel 'cum opus est beneficium'>, hoc uetuste, 10  
illud communiter.
- 255    **2** **1** ID DEMVM IVVAT ostendit plus esse quod iuuat  
quam gaudium.    2 IS BENE FACIT 'bene' subaudiendum  
est bis numero.
- 256    **3** **1** O FRATER FRATER — *Vergilius (Aen. X 600)* 'et 15  
fratrem ne desere, frater'. — unum relatum ad appella-  
tionem, alterum ad laudem. et subdistinguendum, ut ui-  
deatur quaesisse quid ultra diceret et plus inuenire non  
potuisse quam 'frater'.    2 QVID EGO NVNC 'quid' propter  
quid. et 'nunc' τῷ ἴδιωτισμῷ additum de superfluo, ut 20  
(*Verg. Aen. IV 265—66*) 'tu nunc C. a. f. l.'    3 QVID  
EGO NVNC TE quia laus genus causae est, quod non ad-  
hibetur nisi dubiae rei.    4 *Et* QVID EGO NVNC TE LAVDEM  
distinguendum. 'quid' autem propter quid.
- 257    **2** **1** NVMQVAM deest 'quod', ut sit: quod numquam.      25  
2 <NVMQVAM> ITA MAGNIFICE QVICQVAM DICAM duplex causa

2 ex — qui (om. et 1.) in ras. V<sup>2</sup> || 3 cui] qui C ||  
4 praestiti Schoell: praemii codd. || 5 tributis codd., corr.  
Steph. || 7 <a> quibus C || 9 est om. C | cum Steph.: quod  
codd. || 10 uel — beneficium add. Steph. | uetuste W.: uetus  
est et codd. || 14 est om. V | <in> numero V || 16 relatum  
om. C || 17 et] eius C || 19 fratres C | propter ed. pr.: pro  
codd. || 20 quod CV<sup>2</sup> | τῷ ἴδιωτισμῷ Steph.: te (in ras. V<sup>2</sup>)  
\*\*\*\* CV || 22 te in ras. V<sup>2</sup>, certe C || 24 propter W.: pro  
(per C) ut codd. || 25 deest — numquam om. V<sup>1</sup> | ut sit quod  
om. C || 26 NVMQVAM add. W. | QVICQVAM DICAM om. C

est omittendae laudis: si res aut nimium mala est aut nimium bona. 3 ID VIRTVS QVIN SVPERET TVA bona περίφρασις: 'virtus tua' potius quam 'tu'.

258 5 ITAQVE VNAM HANC REM ME HABERE 'itaque' et subiunctuum potest esse correpta media syllaba, et praeposituum producta eadem syllaba, ut sit itaque. 5

259 6 1 FRATREM noue dixit 'unam rem' 'fratrem'. — 2 Sed ego puto 'fratrem' non subdistinguendum sed legendum contexte usque ad 'principem'. nam si distinxeris 'fratrem', bis erit 'arbitror' subaudiendum, et supra et 10 infra. quod si 'fratrem' inferioribus iunxeris, et cum admiratione pronuntiabitur et subaudietur 'quam mihi'. — hanc sane locutionem scire debemus propter personam elaboratam. nam et nimium gaudet et rusticus adulescens est, qui conatur laudare Aeschinum titubans ac paene balbutiens. 3 HOMINEM NEMINEM noue auribus nostris, sed ueterum consuetudine locutus est. nam cum 'neminem' <ne> hominem significet, quid opus fuit dicere 'hominem neminem'? 4 Sed, ut diximus (cf. schol. 3), figura est ἀγναῖσμός. 20

260 7 1 o CTESIPHO mire coepit gaudium significans 'o. Ctesiphon'. 2 <o CTESIPHO> o SYRE ille ut gaudens, hic ut qui non praeuiderit 'o' dicit. 3 SYRE AESCHINV<sup>S</sup> VBI EST bene de illo statim, cui agebat gratias. 4 ELLVM ecce illum. — 5 <ELLVM> uel pronomen est uel aduerbiu<sup>m</sup> 25 demonstrantis. — <alii> 'ellum' interrogatiue legunt, ut sit:

1 est om. C || 2 TVA om. C || 3 perfrasis  $V^2$ , \*\*\*\*\* C || 4 et om. C || 5 propositiu<sup>m</sup> C || 7 FRATREM om. C | dixit noue C || 9 principiu<sup>m</sup> codd., corr. Steph. || 10 frater V || 14 elaboratam <sic dictam (sscr. m. 2 = dett.)> V | et om. CV<sup>1</sup> || 15 laudare conatur C | <quasi (sscr. m. 2 = dett.)> titubans V | ac et V || 16 homini C || 18 ne add. W. (cf. Eun. III 5, 1 et Charis. 96, 15) || 20 archaismos V, \*\*\*\*\* C || 21 o thesi<sup>p</sup>ho <o> in ras.  $V^2$ , eclipsis o C || 22 o CTESIPHO add. W. | ille ut gaudens  $V^1$  (Lindenbr.): uel hic ut preuidens sscr.  $V^2$  (= D), ille ut prouides C | hic in ras.  $V^2$  | ut qui iniqui C || 23 praeuiderit D, praeuiderat (prou. C) CV | o om. C || 24 gratiam <sed> C || 25 ELLVM add. W. | uel 1. om. C || 26 alii (Steph.) ellum Schoell: uel C, dum V, aut dett. | sit om. V

ellum dicas? te expectat domi; ut sit 'ellum' pronomen,  
id est illum. nam et illum et ellum et ollum ueteres  
dixerunt. 6 DOMI aduerbium est in loco. 7 HEM  
interiectio est laetantis.

261 8 1 FESTIVVM CAPVT huic contrarius sensus est 'ridi-  
colum caput' (*Andr. II 2,34*). alii putant 'festiuum caput'  
non Aeschini intellegendum, sed orationis, quam habet  
Ctesiphon agens gratias fratri. ita in Eunicho (*III 2, 4—5*)  
'quam uenuste quod dedit principium adueniens!' quod si  
est, et 'nihil potest supra' (*v. 11*) <supra> hanc lau-  
dationem, non supra hoc factum erit accipendum.

2 Sed male; nam 'caput' Aeschini dicit, hoc est ipsum  
Aeschinum, ut in toto pars sit per συνεδοχήν, in qua  
figura ea pars pro toto ponenda est, quae aut eminet ex  
toto aut maioris pretii est ad id quod agitur. ceterum 15  
quod ipsum seruatum auctoribus bonis sit, si exempla  
συνεδοχῆς penitus consideraris, inuenies. 3 ILLIVS OPERA  
dicendo 'opera' et corporeum laborem Aeschini ostendit  
et religionem: corporeum laborem, ut (*Verg. Aen. VI*  
*331—32*) 'hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, la-  
borem, hanc operam', religionem, ut (*Verg. Geo. I 338—39*)  
'annua magnae sacra refer Cereri laetis operatus in herbis'.

4 QVID SIT deest 'quaeris'; sed admirantis magis quam  
interrogantis aduerbium est. 5 ILLIVS OPERA NVNC VIVO  
o miram amplificationem beneficii! non dixit 'illius opera 25

1 dicens] diu *V* || 2 id est] uel *C* | nam om. *V* | et ollum  
om. *V* | ueteres] auctores *C* || 3 est om. *V* || 4 est om. *V* ||  
5 huic — 6 caput om. *V* | est om. *C* || 8 ita in eunicho in ras.  
*V*² (dett.), ita e contrario *C*, cod. *Cuiac.* || 9 adueniens om. *V* ||  
10 super *C* | supra add. *W.* || 11 super *C*, supra *V* | fuerit *C*,  
cod. *Cuiac.* || 12 dicit hoc est *W.*: de hoc est et *C*, id est cod.  
*Cuiac.*, intelligo in ras. *V*² (= dett.) || 13 per synodochen *V*²  
(dett.), om. *CV* || 14 ea *Rabbow*: et *codd.* | ponendum *C* ||  
15 est ad] et est *C* || 16 <*si*> seruatum *V* (dett.) | sit *V* | si om.  
*C* | exemplum *C* || 17 synodoches *V*² (dett.), \* \* \* \* \* *CV*² |  
considerari siñ uenies *C*, considerare si inuenies (sscr.  
m. 2 = dett.) *V* || 20 virgo om *CV* || 21 <hanc> religionem  
*CV* || 24 est ante 23 admirantis *C*

studes

si inuenies (sscr.

m. 2 = dett.) *V* || 20 virgo om *CV* || 21 <hanc> religionem  
*CV* || 24 est ante 23 admirantis *C*

amicam  
illius  
9  
262 pronun-  
10  
263 'maledi-  
uidebitur  
9  
262 parati-  
tempsi  
10  
263 trice e  
'omnia  
(Verg.  
ut sit  
agentia  
erratu-  
erraui  
1  
264 suba-  
mag  
PVN  
mos  
2 inq  
qui  
4, 17  
maledi-  
corr.)  
Steph.  
dictum  
pr. | il  
305, 29  
peccato-  
16 pale-  
17 erra-  
supra C  
depon-  
codd., c

amicam habeo', sed, quod satis graue et satis amatorium,  
'illius opera' inquit 'nunc uiuo'.

- 262      9 1 QVIN OMNIA admiratue additum 'quin' et sic  
pronuntiandum.    2 QVIN τὸ πλῆρες 'quine'.  
263      10 1 MALEDICTA FAMAM aut Sannionis aut Demeae 5  
'maledicta', 'famam' populi. nam si aliter acceperis, idem  
uidebitur 'maledicta' et malam 'famam'.  
262      9 3 PRAE MEO COMMODO id est: mei commodi com-  
paratione. et in Eunicho (II 2, 8) 'hic ego illum con-  
tempsi p[ro]ae me', id est mei comparatione.    10  
263      10 2 MEVM LABOREM ET PECCATVM de rapienda mere-  
trice et de amanda.    3 MALEDICTVM FAMAM cum dixisset  
'omnia', intulit duo tantum 'maledictum' et 'famam', ut  
(Verg. Aen. IV 558) 'omnia Mercurio similis uocemque c.',  
ut sit defectus quidam intellegendus ex affectu gratias 15  
agentis.    4 IN SE TRANSTVLIT pulchra παρασκευή, qua  
erratura est Sostrata circa Aeschinum, quemadmodum iam  
errauit Demea, quod credit ab illo amari meretricem.  
264      11 1 NIHIL POTE SVPRA ἔλλειψις per admirationem:  
subauditur 'esse' uel 'dici'.    2 Et pote pro potis, ut 20  
mage pro magis τῷ ἀρχαιότατῳ.    3 QVIDNAM FORES CRE-  
PVIT 'crepuit' acre sonuit, unde decrepiti dicti sunt cla-  
mosi senes. 'fores' singularis numeri casus nominatiuus.

1 amicam Steph.: uitam C, uitam V | quod <est> C ||  
2 inquit om. C || 3 quin omnia V (dett.), qui non iam C ||  
quin ex qui corr. V<sup>2</sup> || 4 τὸ πλῆρες quine W. (cf. Phorm. I  
4, 17; II 1, 60): \*\*\*\* h. p. c. & neque C, to parelcon usque  
maledictum famam V (= dett.) || 5 maledictam C, (in -um  
corr.) V + Sannionis Schoell: micionis C, mitionis V; lenonis  
Steph. || 6 fama CV | <autem (sscr. m. 2)> populi V || 7 male-  
dictum V, (ante uidebitur) C || 8 id est om. V<sup>1</sup> || 9 et] ut ed.  
pr. | illum om. C || 11 laborem C, amorem V (dett.); cf. Non.  
305, 29 et Kauer, Stud. Vindob. XX 264 adn. 2 || 12 FAMAM] et  
peccatum codd. || 13 tantum om. V || 15 quidam V | et affectus C ||  
16 pulchra] plurimum C | παρασκευή Steph.: \*\*\*\* C, om. V ||  
17 erratum C || 18 <circa> demeam V | credat V || 19 <ut>  
supra C | ellipsis V, ecl- C || 20 subauditur' C, -tum V || 21 τῷ  
ἀρχαιότατῳ Steph.: \*\*\*\*\* C, om. V || 22 ac resonuit (-nauit V)  
codd., corr. Schoell || 23 nominatiuus CV, corr. W.

4 MANE MANE gaudentis hoc dictum est, non opperiri iubentis.

## 4.

265    1 1 VBI EST ILLE SACRILEGV<sup>S</sup> mire Aeschinus seruat aduersus lenonem superbiam, qua ostenditur tanto esse alienior animo ab amoribus meretricis, quanto audacior in 5 lenonem.    2 MEN QVAERIT NVM QVIDNAM EFFERT sperat leno aliquid se accepturum propter conuicium, ut alibi (II 1, 37—38) ‘minis uiginti tu illam emisti, quae res tibi uertat male: argenti tantum dabitur’.    3 Et uide quanti faciat leno prae luero iniuriam: sacrilegi nomine 10 se significari non solum non dolet, sed etiam cupit. oportet autem ‘men quaerit’ cum quadam gesticulatione et subsaltatione pronuntiari sperantis lenonis ad hoc se quaeri, ut accipiat.    4 OCCIDI NIHIL VIDEO ‘occidi’ non quia ‘sacrilegus’ dictus, sed quia nihil accipit. et simul gestum 15 considera loquentis ex uerbis.    5 OCCIDI NIHIL VIDEO mire hoc uerbo appetat in uultu lenonis et spem mortuam et restinctum gaudium. iam et apta ἔλλειψις haec dicentis est ‘occidi, nihil video’: neque enim addidit ‘proferri’ aut quid tale.

266    2 1 HEM interiectio repentinae rei.    2 OPPORTVNE TE IPSVM QVAERITO ἀσύνδετον: — deest ‘uenisse’ — non enim sequenti adnectitur.    3 QVID FIT CTESIPHO ‘quid fit’ blandum initium est: non enim nunc interrogat, cum ipse dicat ‘in tuto est omnis res’. sic ipse mox in sub- 25

1 gaudentis <est> C | operiri codd. || 8 minas CV || 10 quantam ferat V (dett.) | prae Steph.: pro C, pro V | <qui (sscr. m. 2 = dett.)> sacrilegii V || 11 non om. V<sup>i</sup> | opportune autem C (dett.) || 12 quaerit <et (in mg. m. 2)> V | subsaltatione] subsult- Steph., at cf. Thes. gloss. subsaltare || 13 pronuntiari V, -tianda C (-dum dett.) || 14 <sed> non C || 15 accipit om. C || 16 considerat C || 18 extinctum V (= dett.) | nam C | eclipsis C, elipsis V<sup>2</sup> || 19 aut aliqui tale C || 22 absint eton V (dett.), \*\*\*\*\* C || 24 blandum] b. C || 25 sic — p. 61, 3 RES om. C

ditis (V 5, 3—4) ‘iam nunc haec tria addidi praeter naturam: o noster, quid fit? quid agitur?’

267 3 1 IN TVTO EST OMNIS RES quasi amatori ‘omnem rem’ dixit negotium de amica. 2 An ‘omnis res’ et lenonis iurgium et suspicio patris Demeae? 3 OMITTE 5 VERO ‘uero’ abundat aut correptuum est iamdudum non omittentis.

268 4 1 EGO ILLAM HERCLE VERO OMITTO appareat nunc non primum dici Ctesiphoni ab Aeschino ‘omittit tristitiam’ nec nunc primum responsum ‘omitto’, sed ideo ad- 10 ditum ‘hercle uero’, quia nunc demum data est plena se- curitas.

267 3 4 TRISTITIAM TVAM sic dixit quasi nimiam.

268 4 2 QVI QVIDEM TE HABEAM FRATREM acuendum est ‘te’.

269 5 1 O MI GERMANE ‘mi’ meus, sed uocatiuo casu dixit. 15 2 CORAM IN OS ‘coram’ ad ipsum pertinet qui laudat et ad eos qui audiunt; ‘in os’ ad ipsum qui laudatur.

3 Nam ‘coram’ laudat, qui non tacet apud alios et hoc agit non per epistulam sed ipse praesens; ‘in os’, qui apud ipsum loquitur quem collaudat. 4 LAVDARE AM- 20 PLIVS quia *⟨iam⟩* laudauit.

270 6 1 NE ID ASSENTANDI antiqua ἔλλειψις: deest enim ‘causa’. 2 ASSENTANDI adulandi. et utrum deest ‘causa’ an absolute sic dicitur? 3 NE ID ASSENTANDI specta, si non rusticus adulescens est et purissimae simplicitatis, 25 adeo ut etiam uelle laudare fratrem nimio pudore non possit hoc solo, quia praesens est, cum illum nimium laudarit

1 addidit *V* | naturam *⟨quaestionis (sscr. m. 2 = dett.)⟩*  
*V* || 3 omnem rem *ex omne corr.* *V<sup>2</sup>* || 4 et] ut *C* || 8 *⟨ita⟩*  
 illam *C* | mitto *V* || 9 tristitiam] tuam add. *V<sup>2</sup>* || 10 sed *in* et  
*corr.* *V<sup>2</sup>* (= *dett.*) || 14 est *om.* *C* || 16 *IN OS*] te *in ras.* *V<sup>2</sup>* ||  
 17 ad eos *Steph.*: alios (*ios in ras. V<sup>2</sup>*) *codd.* | *in eos C, te*  
*in ras.* *V<sup>2</sup>* | ipsum *⟨pertinet⟩* *C* || 21 iam add. *W.* || 22 ellipsis  
*V*, clipsis *C* || 23 ASSENTANDI — causa *om.* *C* | deest *ed. pr.*:  
 ab ea *in ras.* *V<sup>2</sup>* (*dett.*) || 24 absolute *Bentley*: ab ipsa lite  
*codd.* | NE ID ASSENTANDI *om.* *V* | spectat *C* || 27 est *om.* *C* |  
 laudat *V<sup>1</sup>*, -darit *V<sup>2</sup>*, -dare *C*

- absentem. 4 QVAM QVOD HABEAM GRATVM uarie: non enim intulit, quas gratias agenti. 5 QVO quia.
- 271 7 AGE INEPTE non est iniuria, quia et maior frater est et blanda dicturus.
- 272 8 1 HOC MIHI DOLET τῷ ἀττικισμῷ 'mihi dolet' pro 5 'doleo'. 2 Et 'dolet' bis subaudiendum est. 3 ET PAENE IN EVM LOCVM insinuatio beneficij ex periculo <et> difficultate ob tempus.
- 273 9 VT SI OMNES CVPERENT non si ego tantummodo 10 <aliis> aduersantibus.
- 274 10 1 PVDEBAT deest 'fateri'. 2 STVLITIA EST ISTAEC <non> fateri ei, qui ipse patri numquam quicquam celatur. 3 TAM OB PARVVLAM ergo et diminutius adiungitur 'tam' particula. 4 Et deest 'perire', sed τῷ εὐφημισμῷ tacetur. 5 TAM OB PARVVLAM id est meretricem. 15 et bene haec Aeschinus, quia maiora expertus sit, id est uitium uirginis.
- 275 11 1 PAENE EX PATRIA deest 'fugere', quia amatores comicci cito comminantur patriam se deserturos, ut amicam consequantur. 2 PAENE EX PATRIA ἀποσιώπησις 20 εὐφημισμοῦ χάριν. Menander mori illum uoluuisse fingit, Terentius profugere. 3 TYRPE DICTV hoc est: turpe dictu te fugere. et deest 'est'. 4 DI ISTAEC PROHIBEANT id est exilium fugamque patriae.
- 276 12 1 PECCAVI approbauit ex periculo magnitudinem 25 beneficii. 2 QVID AIT TANDEM NOBIS <s.> 'nobis' τῷ

2 quo quia (*in mg. al' quidam*) C, quod quia V (dett.) || 5 τῷ ἀττικισμῷ cod. Cuiac., τῷ ἀττικισμῷ M<sup>4</sup>, \*\*\*\*\* CV || 6 dolet] paene Bentley | ET om. V || 7 et difficultate Steph.: difficultatem C, -tis V (dett.) || 9 omnes si C || 10 aliis add. Steph. || 12 non add. Klotz || 13 et om. C || 14 sed om. C | τῷ εὐφημισμῷ Steph.: \*\*\*\*\* CV || 15 taceatur C, (*ante corr.*) V || 18 EX] a C || 19 se om. C | amicam consequantur W.: amicæ sequantur codd. || 20 EX] de C | ἀποσιώπησις ἀφημισμοῦ χάριν M<sup>4</sup> (Steph.): \*\*\*\*\* CV || 22 dictum hoc est V, hoc dictum est C | dictum (om. te) C || 23 est om. V<sup>1</sup> | DI ISTAEC] dum istec C, dii ista ēē V<sup>1</sup> || 26 agit C, ait *in ras.* V<sup>2</sup> | nobis om. V | τῷ ιδιωτισμῷ Steph.: \*\*\*\*\* CV

ιδωτισμῷ additum; non enim ‘nobis ait’ intellegendum est. 3 IAM MITIS EST quia supra (II 1, 30) ‘iam debacchatus es, leno’ dixit.

277 13 1 EGO AD FORVM IBO tunc enim in foro et de mensae scriptura magis quam ex arca domoque uel cista pecunia numerabatur. 2 VT HVNC ABSOLVAM id est: ut hunc redditio illi pretio dimittam; nam uelut ligati sunt, quibus debetur aliquid. dicuntur autem et illi solui, qui cum debitores priorum fuerint, pecuniam reddunt debitam. 3 Est ergo ‘absoluam’ a me soluam. 4 An 10 iocatur in tristitia lenonis, qui illum cum barba lenonia et maesto uultu sequitur uelut reus? 5 TV INTRO AD ILLAM CTESIPHO bona ἔλλειψις, significans licentiam potiendae meretricis.

278 14 1 SYRE INSTA iam Syrus non ut adiuuet, sed ut 15 instanter adiuuet rogatur. 2 EAMVS NAMQVE HIC PROPERAT hoc clamat Syrus, ut beneficium ostentet, sane ut et rursum lenonem de profectione conterreat. 3 NE TAM QVIDEM hoc a lenone inconstanter dicitur, ut perturbatio metuentis magnum damnum possit ostendi. 4 NE TAM 20 QVIDEM ‘tam’ pro tantum. 5 An ‘tam’ pro tamen?

279 15 1 ETIAM deest ‘dicas me properare’ aut ‘propero’, ut sit ‘etiam’ aduerbium hortantis uel consentientis. 2 QVAMVIS ETIAM pro quantum uis. ‘etiam’ particula utrum consentientis aduerbium est an coniunctio, qua significat 25 et properare se et non in tantum, ut neglegat quod sibi debetur? 3 MANEO OTIOSVS HIC hoc separatim inferen-

2 debacchatus supra est iam leno dixit CV<sup>1</sup>, corr. W. || 5 uel] id est? || 8 dicuntur] dimittere C | autem om. V | et cod. Cuiac.: etiam CV | solui Klotz: serui C, cod. Cuiac., serui soluti V || 9 priorum V, posteriorum C (Lindenbr., unde?) | fuerunt codd., corr. Steph. || 11 lenonis C || 12 intro <i>V (dett.) || 13 bona ellipsis V, bone \*\*\* C || 15 ut 2. om. C || 17 clamaret C | ut <et> V | ut et V, ita C; ita ut Steph. Pro sane ut coni. Goetz simul || 18 rursus C | NE] ut C | tam <cito> V (dett.); sic et infra || 19 instanter C | perturbatione V || 20 posset codd., corr. Steph. || 21 An] aut V || 22 ETIAM] et V, om. C || 23 etiam om. C | uel] non V (dett.) || 26 ut] quod V (dett.) | sibi om. C

*app. p. 494* dum est quasi pertinaciter asseuerante lenone instaturum se. 4 <sup>†</sup>Exclamatione agendi 'maneo otiosus hic' dixit enim 'propero' et rursum consenserat in Syri uerba properasse se dicens. 5 REDDETVR NE TIME quod desperauerat leno, Syri ostendit sermo.

280 1 AT VT OMNE REDDAT propter illud, quod dixerat Syrus (*II* 2, 33) 'diuiduum face'. et probatum est completumque, quod ait (*II* 2, 1) 'cupide accipiat faxo'. et hoc ipsum cum trepida et uultuosa supplicatione pronuntiadum est. 2 TACE MODO AC SEQVERE HAC sic ait 10 Syrus, quasi nunc lenonem doceat, quae sit ars non perpendi. et totum cum supercilie praestantis magnum beneficium dicit. 3 SEQVOR hoc responso leno satis committigatus ostenditur.

281 1 HEVS HEVS SYRE ex argumento est ostendere, 15 quantum timeat Ctesiphon saeuum patrem. 2 HEVS HEVS uox est de longinquu reuocantis. 3 OBSECRO TE HERCLE satis mansuete, quasi 'lenonem' aut non possit rusticus aut non audeat dicere, 'hominem' dixit. 4 ISTVM IMPVRISSIMVM auarissimum. et totum cum exsecratione lenonis. 20

282 1 QVAM PRIMVM ABSOLVITOTE NE SI MAGIS IRRITATVS SIET uelut clamet scilicet. 2 *Et* proprie de lenone, quem irritari dicit ut canem; nam irritari proprie canes dicuntur. Lucilius de littera R (*l. I fr. 27 M.*) 'irritata canis quam homo quam planius dictat'. lenonem 25

1 est om. C | asseuerantem (ads- C) lenonem codd., corr. W. || 2 exclamacione agendi C, cod. *Cuiac.* et *Huls.*, exclamacionem agere (facere ed. pr.) denotetur V (*L.* ed. pr.); v. appendicem || 3 et] ubi V (dett.) | in] et C || 4 se properasse V (dett.) | dicentis V (dett.) | REDDETVR om. C | nam timet C || 5 syro V | ostenditur seruo (-ui C) codd., corr. Steph. || 6 AT om. V || 8 diuidum C, (ante corr.) V | completumque om. C || 10 HAC] istac C || 11 quae sit ars Steph.: quesit as C, queritans V || 13 dicit] d. C || 16 thesiphonem parentem (om. saeuum) C || 20 cum om. V || 22 siet] eē C | clamat C || 23 irritare 2. C || 25 planitis al'. planius cod. *Cuiac.*, planos C, -mos cod. *Huls.*, plurima V (dett.) | dictat dett., dicat V, dictitat C, cod. *Cuiac.* | autem lenonem C

autem timet Ctesipho ut rusticus, ut sub patre duro, ut amator.

283 **19** 1 ALIQVA AD PATREM HOC PERMANET non dicit quid, sed intellegimus raptum puellae significari. 2 ALI-QVA AD PATREM proprie secretum latens latici comparatur intra uas clausum existenti, quod cum effunditur manat. sic et alibi de committendis secretis loquens 'plenus' inquit 'rimarum sum, hac atque illac perfluo' (*Eun. I 2, 25*).

3 ATQVE EGO TVNC PERPETVO PERIERIM quasi et nunc se perisse sentiat sed non perpetuo.

284 **20** 1 NON FIET BONO ANIMO ESTO ut illi liberalis timor est, ita in Syro seruulis confidentia. 2 TV CVM ILLA TE INTVS OBLECTA moraliter 'illa' dictum est, ut (*Andr. II 1, 1*) 'daturne illa Pamphilo' et (*Phorm. I 2, 84*) 'illa quidem nostra erit'. 3 TV CVM ILLA TE INTVS OBLECTA honeste 15 explicauit turpe dictu.

285 **21** ET LECTVLOS IVBE STERNI NOBIS <'nobis'> seruis: nihil tam comicum. et cum uultu, ut totum superbe ac magnifice loquatur.

286 **22** CONVERTAM ME DOMVM 'conuertam' magnifice dic- 20 tum; uerbum enim est magni moliminis et grauaminis ingentis. nam conuertere se dicitur, quem pompa pae-cedit; et imperator proprie conuertit exercitum. ex hoc spectatur, ut moribus arrogantes serui sint, cum laetantur.

287 **23** ITA QVAESO QVANDO BENE SVCESSIT uolunt qui- 25 dam et hunc uersum Syri personae adiungendum, sed Ctesiphonis uerba esse ex subditis planum est, cum dicit

3 hic *V* | PERMANET] peruenit (-hit *V*) codd.; glossema ir-repsit, cf. Schlee p. 153, 13 || 4 sed] sed nos *V* (dett.), sub- *C* | significare *C* || 6 existenti om. *C*; del.? || 7 et om. *V* | de Steph.: ex codd. || 8 sum rimarum *C* || 9 TVNC] nunc codd. (= Ter. cod. E) || 12 in del. ed. pr. || 13 est om. *C* || 15 nostra om. *C* | TE om. *C* || 16 dictum *C*, factum *V* (dett.); corr. Steph. || 17 sterni iube *V* | nobis add. *W*. | seruus codd., corr. Westerh. || 18 nil *C* | et cum uultu *W*. (cf. *Andr. II 3, 7*): et inuitu *C*, sed eo uultu cod. *Huls.* (prob. *Westerh.*), nisi in uitiiis (inuitus dett.) adeo *V* (dett.); et uide Steph. || 20 conuertam — dictum om. *C* || 21 enim om. *C* | grauaminis] agminis *V* (dett.) || 24 sunt *C* || 27 <et> ex *C*

(IV 1, 5—6) ‘nam hunc diem misere nimis cupio, ut coepi, perpetuum in laetitia degere’.

## III.

## 1.

288    1 OBSECRO MEA NVTRIX haec scaena tragoeiae ordinem seruat, nam tragoeidia in tria dividitur: exspectationem, gesta, exitum. hic quoque exspectatio est *(in mulierum colloquio)* 5 (*III 1*), in Getae nuntio (*III 2, 1—30*) gesta, in planctu Sostratae (*III 2, 31 sq.*) exitus. 2 OBSECRO MEA NVTRIX hinc demonstratur, qui sit maternus affectus, quam grata in dominos seruorum fides sit, eudemque laborem et dolorem esse ex falsis quem ex ueris malis. 3 OBSECRO 10 MEA NVTRIX personae aut *(ex)* suis uerbis aut ex alienis insinuantur: ex suis, ut nunc persona Sostratae, ex alienis, ut initio Aeschini persona ex Micionis oratione ac Demeae. 4 OBSECRO MEA NVTRIX QVID NVNC FIET ‘mea’ nunc pro blandimento ponitur, et ‘quid nunc fiet’ 15 imploratio magis est trepidantis quam ignorantis interrogatio. namque illius nutrix est, quippe anicula est, neque sapientior nutrix est quam domina sua. ipsum etiam quod dicit ‘nutrix’ honorificum est, ut (*Verg. Aen. IV 634*) ‘Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem’; sunt enim 20 nomina ad aliquid, quibus nos tamen uelimus ab omnibus appellari, ut magister medicus orator.

1 misere nimis] miserrimus *codd.* || 3 haec scaena] comprehendere videtur *sc. 1 et 2* || 4 gestum *V* || 5 quoque] ergo Steph. | in — colloquio suppl. Schoell (*cf. schol. 2, 1*) || 6 gestus *V* | plantu *CV* || 8 quis *V* || 9 domino *codd.*, corr. Steph. | sit et -que laborem et *om. C* || 10 quem *W.*: quam *C*, ut *V* (*dett.*) || 11 ex add. *W.* | ex aliis *C*, aliorum *V* (*dett.*); corr. *W.* (*cf. infra*) || 14 ac] et *C* | FIET *om. C* || 15 nunc *om. V* | fiet *<et>* *C* || 16 ignorantis *V*, ignoratio et *C* || 17 anicule (*om. est*) *C* | neque *C*, cod. *Cuiac.*, sed non *V* (*dett.*) | est — nutrix *om. C* || 20 mihi *om. C* || 21 ab omnibus *om. V* || 22 *<ut>* medicus *C* | *<ut>* orator *C*, ut tutor *cod. Cuiac.*